

Eiusdem ad Cypricum Amathasiorum Pontificem.

Hanc niuei signare diem candore lapilli
Quis uctat? Et sacras in carmine poscere musas
Venerit ad nostras felix cum nuncius aures,
Expectata diu uirtutis præmia tandem
Cyppicon alterius decus accepisse galeri.
Nunc Cytharam pulsare decet, nunc dicere carmen
Et sertis redimere Deos, nunc thuris honores,
Et solitos sacris posuisse altaribus ignes.
Qui pridem decora alta feres spectanda tiaræ
Cyppice dignus eras, raptas cum carmine tights
Flectere, Et insanos posses mulcire leones.
Nedum homines: uatis obstat, Sed mollior ætas
Nam nec adhuc totos ter ænos uouimus annos
Dinumeras, quanta est inuenti in corpore uirtus
Tu quotiens iussis dum uis parere nacentis
Audierantem melioris curia Romæ
Dixit Et admirans hic nostri gloria seclis
Te Calaber, Marsusq; nouit, te Cyppice Volsus,
Te Ligur, Et Venetus, nouit te Thuscus, Et Vmber.
Parua loquor, nouere Getæ, nouere Sicambri
Hispanusq; ferox. Te Gallus totus Et orbis.
Dumq; preplas crebris Romanas uersibus arces
Fama Calidonio peruenit ad usque Britannos.

Gaudeat Illyrici tellus properata per aras
 Serta det & la tos summittat in æthera cantus
 Tragurium . insolitus uicinas terreat urbes
 Clamor , & auditis miretur uocibus Hillis,
 Cernere debuerat præsignem munere natum
 Vrbs Roma . & titulis dignus gaudere receptis
 Coriolanus erat , tanta qui laudet irremem
 Egit ouans , & uisa sui qui condidit unus
 Gesta ducis : nostri p uiget doctissimus æni
 Cur ego non adsum ? cur mihi fata negastis
 Inuida quod cupio coram ueneranda tueri
 Præsulis ora mei sanctos testantia mores?
 Felix nunc Amathus , felix si quando fuisti
 Quid sacra iubeant leges doctore sub isto
 Discere qui ualeas . & uera hinc nosceer eua sit
 Relligio : post hæc ueneris nec parua nefanda
 Mentio . uiuendi normam uos inde petatis
 Cyprus erit populi : quotiens uetus incolæ nostris
 Aurea clamabit , redierunt secula terris?
 Hunc ego crediderim sacros regionibus illis
 Consulto tribuisse patres tibi Cypice honorem.
 Ut fera barbaries nostrorum ignara Deorum,
 Eloquij ui metæ tuæ , & dulcedine linguæ
 Ad uerum conuersa Iouem quum ceperit ipsa
 Ridendos ritus , & numina uana suorum

Spernere . purpureum mittat tibi Roma galeni.

Eiusdem.

Inuida prostratum sperabat turba Leonem

Tollere non ullo tempore posse caput.

Sed tu quid paucis horis hic fecerit audi,

Ausus in hostili ponere castra loco.

Perdidit Heluctios , Regem seruaui amicum,

Et populos traxit sub iuga prima suos.

Hæc uno sunt gesta die rumpantur iniqui

Parebit Veneto quod prius omne solum.

Eiusdem ad Sebastianum Iustinianum Venetum.

Nullius eloquium genti sic profuit ulli

Nuper ut Ausoniæ Iustiniane tuum;

Nam quo frædisfragus Baysetus tempore fractas

Sternebat Danaum sanguinolentus opes.

Orator gelidam confestim missus ad Arcton

Anniferæ intraſti tergora Pannoniæ.

Et quem non alij Regem ualuere potentem

Flectere pro missis , muneribusq; simul.

Hunc tu facundæ flecti dulcedine linguæ

Magnus ut in Turcas sumeret armatrucos.